



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Avctor Pio Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)



A V C T O R
P I O L E C T O R I .



*Noniam parū prodest,
nobilem aliquam gem-
mam habere, si pretio
eius ignorato, vel ne-
glecto patiaris eam in
arca delitescere: visum est mihi hoc
libello pretiosissimam quandam gem-
mam in lucem proficere, hoc est, ex-
dunere quantum thesaurum possideat,
qui à Deo gratiam frequentius com-
municandi accepit: idque eo sine, ut v-
bi cognouerit quān prastanti gemma
à diuina liberalitate donatus sit, eam
amet vehementiùs, de ea magnificè
sentiatur, gratias Deo agat, caueat que
ne vnquam illam amittat. Quemad-
modum autem ciborum suauitas non
perfectè cognoscitur, si tantum oculis
subijciatur, non etiā ore delibetur,*

A 5 . den.

PR AEFATIO

dentibusq³ quasi molatur & teratur: quò enim plus masticator, eò sapor eius magis percipitur: vnde & qui integrum deglutiunt, saporem non sentiunt) sic tibi, amice Lector, satis esse nõ debet, cognouisse huius sanctiss. Sacramenti excellentiam, eiusq³ multiplices fructus hoc libello expositos, neq³ satis est perlegisse, quæ in meditationibus, alijsq³ documentis hic præscriptis continentur: sed opus est præterea illa exercere, & considerationis, contemplationisq³ dentibus molere & masticare, & à Deo postulare, vt lumine gratia sua mentem tuam ita illustret, vt penitus intelligas omnia quæ legeris. Olim Deus ea animalia voluit haberi munda, quæ ore ruminarent, vt iudicaret, eum qui iumentum vel seruum Dei esse velit, debere res diuinas in animo reuoluere & ruminare. Cùm ergo constet huius Sacramenti epulum, ex omnibus cibis à Deo datis, omnium esse lautissimum & præstantissimum, non dubiũ est, quin etiam velit hunc corporis & sanguinis sui cibum suauissimum & diu-

Leu. 13.

AD LECTOREM.

diuinissimum diligentissimè à nobis
ore mentis ruminari. Quando Domi-
nus DEVS populo suo impertuit man-
na in deserto, magno stupore dixit,
Manhu, id est, quid est hoc? vt indica-
ret hoc Sacramentum per manna pra-
figuratum, non debere deglutiiri, sed
bene considerari, mente excutiendo,
quis sit ille quem recipimus. Id quod
docebit te hic libellus, & idcirco cre-
brò & attentè eum perlege, ac pro e-
ius auctore ora, laudem reddens &
gloriam Deo, qui non solum omnis boni
auctor est, sed etiam, vt nos omnium
bonorum suorum participes faceret,
in hoc sanctissimo Sacramen-

semper mansit, mane-
bitq̃.



A. 6. EXHOR-